

«Cùm homines, inquit, omnibus deliciis potirentur sibi vitam agentes, tam oblectamentis eorum quae videlicet, quam letitiâ eorum quibus frœbantur, ne immoediâ prospèritate homo insolereset (omnem enim malitiam docuit otium) propterea præcepit Deus, ut operaretur, et custodiret illum. Si enim laboris omnis esset expers, protinus ex multo otio in ignaviâ prolapsus esset.» Pribus autem ait, ut operaretur, deinde addit, ut custodiret illum, significans (ut S. Augustinus lib. 8 de Genesi ad litteram cap. 8 notat) paradisi bene operando custoditum iri, quoniam sic nihil admitteret, propter quod ab eo expelli mereret.

Post peccatum autem multo magis homo nascitur ad laborem, quia nimirum Deus sententiâ in peccatore lata eiecit eum de paradiso, ut victum sibi labore conquireret, dicens, Gen. 5, 17, 19: *Maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tuae; et in sudore vultus tuivesceris pane tuo.* Hanc sanè miseram conditionem quotquot sumus Adæ filii hæreditario quasi jure sortimur, ut merito de se quisque dicere possit illud Zacharie, cap. 15, 3: *Homo agricola ego sum; quoniam Adam exemplum meum ab adolescentiâ meâ, id est, homo sum natus ad laborandum soprens exemplum Adæ, qui laborando vescebat panem suo.* Septuaginta pro exemplo vertunt: *Quia homo genuit me,* id est, quia sum illius Adæ, idcirco sortitus sum conditionem ejus qui me genuit. Verè igitur homo nascitur ad laborem; quidni etiam ad dolorem? Omnes enim laboramus, omnes pariter et dolemus, nec est à supremo rege usque ad vilissimum et abjectissimum mancipium, qui se valeat ab hoc duplici onere laboris et doloris eximere. *Vides quoniam tu laborem et dolorem consideras,* ait David, Psal. 9, 14, quia videlicet Dominus in actionibus nostris laborem, et in passionibus dolorem agnoscit. Quapropter idem vates se bis paratum exhibet dicens: *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum,* Psal. 36, 8. Paratus quippe erat ad laborandum, atque ideò dicebat, Psal. 118, 60: *Paratus sum, et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua;* paratus etiam ad dolorem æquo animo ferendum: *Nam et ego,* inquit, *in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper,* Psal. 59, 18. Nemo igitur est qui sine labore ac sine dolore vivat, sed si levissimum virtutis laborem et suavissimum dolorem detrectemus, in alium utique molestissimum atque amarissimum vitiorum incidimus. De impiis enim dictum est: *In labore hominum non sunt, et cum hominibus non flagellantur,* Psal. 72, 5; sed num ideò sine labore et sine dolore vivunt? nequaquam, quinimò, quia in labore hominum non sunt, in labore demonum detinentur, quantum obrem subjungitur: *Ideò tenuit eos superbia, qui operantur iniquitate et impietate eorum.* Quisquis igitur levissimum laborem hominum fugit (qui est labor virtutis, quem nemo solus sustinet, sed nobiscum simul Dominus ipse omnipotens portat) et quisquis suavissimum dolorem rejicit, ejus extrema æternæ suavitatis sunt plena, is superbie et iniquitatis labori ac dolori

cervicem submittit, qui et cum talento plumbi et cum gemitis mortis confertur. Satus est ergo in fervore spiritus utiliter laborare, quam in tepiditate mentis majore ac prosors inutili, imò et noxio labore torqueri.

Itaque magna pars philosophiæ christianæ in eo posita est, ut intelligamus hujus vite felicitatem honestissimis in laboribus esse collocatam, quos iumentis sapientiaque præcellunt sponte et generosè debeant adsciscere. Lucentium hujus rei testimonium et exemplum habemus in Apostolo Paulo, qui vite otium atque desidiam cane pejus et angue duxit fugitque, et in gyro utilium laborum incredibili constantiâ semper est versatus; cujus propterea gloriosum symbolum fertur gladius et corona: quibus illud breve, sed divinum epigramma adjungitur, 2 Cor. 11, 25: *In laboribus paravis; ut omnes intelligant, summâ propè tum animi tum corporis contentione opus esse, quo gladio significatur, et magno invictoque animo exorbendos esse labores, si quis coronâ potiri velit.* Hæc enim est illius clara professio, eum de spargendo Christi Evangelio dependensque hominibus loquitur, Coloss. 4, 19: *In quo et labore certando, Sufficere posse videbatur ad indicandum laboriosissimum illius animum tolerantiamque invictam, si disisset tantum in quo et laborant; sed addidit certando; in Græco est ἐργασίας, metaphorâ ductâ ab illis qui in agone contendunt, hoc est: Laboro ut strenuus pugil et olympionices, totis viribus, nervorum omnium contentione, vehementi ubique nisu conatque depugnans. Milii certè videtur D. Paulus non minus otium quam improbissimum demonem fugisse, et securus vite delicias pari cum vitio et crimine loco possidere.*

Ceteram quia sæpè labor hominum imbecillitati durior et gravior videri solet; hoc dirina quoque bonitas machinata est, et providit, ut honestissimè et laboribus suavitudo quedam animi sequatur, plena humanissimè voluptatis, que mirificè ad laborandum exsuscitet, ut plachre Pindarus Nemeoniciæ septimè canit: *Et pios, et, et τειρόν πάλιν ἐπιχειρήσας, Si labor fuit, delectatio eò major accedit.* Verum sanctius elegantiusque Isidorus Pelusiotâ lib. 2 Epist. 156 ait: *πρόιον καὶ θεμελίαις διὰ τὸν ἀγῶνα ἀσποράν παρεχόμεναι; labores et jucunditates per summitates seu extrema conjungit.* Nam ad quem (inquit illem sanctus) labores accesserunt, voluptates etiam atque oblectamenta postmodum subsequenter. Videtur id à Platone mutuatum, qui in Phædone dolore et voluptatem ἐκ μὲν 222-227, id est, ex eodem vertice, connexa et suis capitibus jugata monet, sic ut unum sine altero nemo queat accipere. Eò, ut opinor, etiam collineabat Cyrillus Alexandrinus, cum in Michagam scribens breviter et rotundè sic ait: *Τὸς τὸν πόνον ἐξοδία καὶ ἐργία: Finis laborum gloria et voluptas, nimirum ex conscientia recte factorum et complurium meritorum.* Laborantibus enim oritur cornuopia meritis opulenta, dōnisque magnis, quibus in æternum felicissimè fruentur. Sic quippe Amalthææ cornu interpretari solitum aiunt, et ἀμάλθησιν illum significare.

qui minime *μαθόν*, id est, dissolutus, sed gravis, et in agendo industrius foret, uno verbo ἀσποράς durus, strenuus, laboriosus; per cornu verò bovis, quod animal est laboriosissimum, ἰσχυρῶς, opificem inuui; bo-tros autem et fructuum varietatem in eodem esse cornu, ut dives omnium copia significetur. Denique ubi hujusmodi cornu fuerit ex subtiliâ induci ἔργων δαίμονα καὶ ἐργῶν τύχην, genium, et bonam fortunam; ut est apud Joannem Stobæum Serm. 34. E quibus omnibus lucenter patet quanta sit labori merces et quam verè homo nascitur ad laborem. Quod autem additur:

Et AVIS AD VOLATUM, in Hebræo est *עוֹרֵי רֶשֶׁת* *עוֹרֵי רֶשֶׁת*. Bene vesceph jaghu luph, id est, *Filiæ avium se volando elevat.* Sed non satis constat inter Hebræos quid *רֶשֶׁת* vesceph significet: pluribus placet *prunes* significare, qui locum hunc ita explicant: *Filiæ prunærum, id est scintilla quæ excutuntur è prunis, se volando elevant.* Aliis placet *avem* significare: quos hoc loco vulgatus Interpres secutus est, atque etiam Septuaginta, qui sic vertunt: *Νεσσοὶ δὲ ἄετός; τὰ βήματα πτερόων, Pulli autem vulturis ad sublimia volant;* Symmachus: *Τὰ τέρα τῶν πτερόων βήματα πτερά: Filii volatiliam attollunt pennas: Aquila: καὶ οἱ πτερόων; et filii vulturis.* Complutensis habet: *Νεσσοὶ δὲ ἄετός. Pulli autem aquilarum.* Vulgatus tamen in Canticis sequitur priorem Hebræorum interpretationem dum illud capituli octavi *עֵשֶׂת רִשְׁפָּה רִשְׁפָּה רִשְׁפָּה, Rispeha rispe es,* ita vertit: *Lampades ejus lampades ignis,* cant. 8, 6. Septuaginta verò etiam isto loco in secundâ persisterunt sententiâ vertentes ἰσχυρῶς ἄετός; ἰσχυρῶς ἄετός, *Alæ ejus alæ ignis.* Primam tamen tam ipsi quam Vulgatus sunt secuti Psalmo 78, ubi legitur: *Tradidit grandis jumenta eorum et possessionem eorum igni,* Psal. 78, 48. Hebræicè *עֵשֶׂת לַאֲשָׁפִים*, id est, *carbibus ignitis.* Septuaginta *πυρ;* Vulgatus *igni.* Aliis denique Hebræis magis placet *diabolum* significari; quibus hoc loco assentitur Chaldaeus vertens *filii damonum*, quomodo etiam Vulgatus vocem illam apud Habacuc interpretatur: *Egredietur diabolus* (Hebræicè *רֶשֶׁת* *resceph*) ante pedes ejus; sic autem vocatur ob nimiam quæ pollet celeritatem. Unde etiam in Evangelio Lucae 8, 8, per *vultures caeli*, qui alienum semen in terram factum rapiunt, intelliguntur demones, qui hominibus insidiantur, ut verbum Dei rapiant de cordibus eorum, ne credentes salvi fiant. Quòd si igitur hoc loco etiam per *avem* diabolum vertamus (ut ex Vulgati sententiâ possumus, et quibusdam Hebræis placet), prosors admirabilis erit similitudo rem declarans inauditam, que validam continet rationem, ad eos qui opes et potentiam nimis avidè querunt, vehementer (si sapienter) percellendos et compescendos. Et tunc vertendum erit: *Filii damonum elevabunt volatum;* ut sit sensus istiusmodi, ac si dicat: Homo quidem natus est ad laborem, impii verò filii damonum volare nituntur per superbiam et divitiarum cupiditatem, è rapto vivere satagentes.

Notandum hic verba illa: *Et avis ad volatum, bifariam accipi et explicari posse: Primò quidem, quasi*

per dissimilitudinem inter homines et aves assignando discrimen modi, quo sibi victum parant. Quoniam *aves non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea,* Math. 6, 26; sed Deus pascit illas ex alieno agricolarum labore; solumque volat, qui ipsis simul suavis ac jucundus accidit, sibi victum parant. Non sic homo, cui et semente et messe ac multo labore opus est, ut cibum sibi congruum parat, ac vitam sustentet; alioquin in superbiam et elationem erigetur, socordem et incertam vitam ageret, aliena concupisceret ac raperet, non secus atque avis aut diabolus, quem per avem in Scripturis designari diximus. Fortassis etiam hoc dictum fuerit ad hominem ad honestos labores extimulandum, eò quòd diabolus adiutur vulturis aut avis cuiuspiam rapacis quibus circumvolat, quereus quem detoret: jam quolibet adversus ipsum assidue vigilandum, et orationis iugiter vacandum monet Apostolus, ne nos otiosos ac desides inveiat, et opprimat ac discerpit incautos. Huic expositioni favet etiam D. Chrysostomi interpretatio dicentis aves nasci ad volandum, quia volatu sibi consulunt, et laqueorum vitæque discrimina facta evadunt, juxta illud Salomonis, Prov. 4, 17: *Frustra facit rete ante oculos pennatorum.* Homo autem non tam facilè negotio pericula, quibus circumdatus est, evadit; sed magno labore se tuert, atque ingentes tentationes sustinere ac fortiter superare debet, ne percat; ideoque ad laborem esse natum constat.

Secundò etiam hic locus explicari potest per modum similitudinis, quemadmodum D. Gregorius lib. 6 Moralium cap. 7, insinuat, ut nimirum sicut aves maximâ cum voluptate volat, sic homo etiam alacriter summâ devotione atque animi propensione piis sese studiis et laboribus dedit, seque totum in Dei sui obsequium impendat. Hoc enim Christo Domino gratissimum est, qui, ut Apostolus ait, Tit. 1, 14, *dedit se vetitissimum, ut vivudaret sibi populum acceptabilem, sectatorem honorum operum,* hæc est, magnâ cum alacritate atque ingenui studio et animo virtutis operam capessentem.

Mysticè cum S. Gregorio ad hunc locum, in homine hæredem primi parentis et inobedienciæ ipsius imitorem; in avi verò novi hominis Jesu Christi filium et sectatorem intellige: ille enim filius terreni solum terrens inhiat, et infamia, que corruptioni obnoxia sunt, desiderat; iste verò in filius celestis in cœlum evolat, atque ad immarcescibilem æternæ gloriæ coronam anhelat. Homo ergo (id est conditio terrens atque peccator) ad laborem natus est; quia undique curarum spinis et molestiarum tribulis circumspangitur, et in ipsis etiam laniis oparisque canivivis pape doloris ac laboris vescutur, ut penam suæ inobedienciæ sustinet illâ Domini sententiâ decretam: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo,* Gen. 3, 19. At *avis* (id est, vir justus, cuius conversatio in cœlis est, et ab omni terrænâ colluvione senota) nascitur ad volatum: quia dum meritis presentibus et spe futurorum bonorum alatus mente in cœlum evolat, molestiis hujus mundi sese eximit, et in ære

delicose tranquillitatis ascendit. Hic itaque ad volatum natus est, quia dum se amore à terrenis elongat, et in terrâ se peregrinum reputat, si quæ forsitan adversa incident, in illis tanquam in alienis et vix ad se pertinentibus non laborat. Unde S. Gregorius lib. 6 Moralium, cap. 7 : « Sancti, inquit, viri, quia transcendentia non amant, non solum nulla temporalium desideriorum pondera tolerant, sed et si quæ adversa consurgunt, in ipsis suis pressuris et languoribus non laborant. Quid enim flagellis durius? Et tamen flagellatis Apostolus scriptum est : *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habitusunt pro nomine Jesu contumeliam pati*, Act. 5, 41. » Quid ergo laborum mentibus labor est, quibus et poena verberum labor non est? *Homo ergo ad laborem nascitur*: quia ille hujus mundi veraciter mala sentit, qui ejus bona inhilanter appetit. Nam cujus mens ad alta suspenditur, super ipsa est quidquid exieris contra ipsam moveret. » Sic ille. Verè igitur magna est vite studiosæ et perfectæ jucunditas, quæ homo, sive ad cor summi ingreditur, sive ad exteriora egreditur, sive lanâ et pelle spolletur, semper tamen uberrima sanctorum delicarum pasca invenit.

Ex dictis, ut opinor, satis liquidò constat hominem nasci ad laborem non quidem ut finem, sed ut medium, quò ad Deum, qui finis noster est, perveniat. Sicut enim mundum non propter se Deus fecit, sed propter hominem, qui eo utitur; ita ipsum hominem propter se, non quasi obsequio ejus indigeat, sed ut esset qui opera ejus intelligeret, qui providentiam disponendi, rationem faciendi, virtutem consummandi et sensu admirari et voce proloqui posset: quorum omnium summa hæc est, ut Deum colat. Quod cum sine studio et assiduo labore præstari non possit, consequens etiam est, ut ad laborem, præsertim mentis et ingenii, natus sit, qui haudquaquam minor est quam corporis. Nam qui addit scientiam, addit et laborem. Et sine dolore non vivitur in amore, Eccl. 4, 18, ut pius scriptor Thomas de Kempis ait. Unde ulterius facile colligitur, quales labores qualiaque opera potissimum à nobis exigantur, scilicet pietatis ac religionis; quæ ut Deo grata sint, non ex tristitia aut necessitate, non cum tedio aut pigritiâ, sed alacriter, libere, ferventer et diligenter obunda sunt. Hilaris enim, strenuus, veloces et ferventes operatores diligit Deus, qui prompto lætæque animo ipsum querant; juxta illud Psalmi : *Exultent et lætentur super te omnes querentes te*, Psal. 59, 17. Et iterum : *Lætetur cor querentium Dominum. Querite Dominum, et confirmantini: querite faciem ejus semper*, Psal. 104, 4. Dum aut confirmantini, robur exigit et fortitudinem ad pigritiam et pusillanimitatem expellendam; dum verò addit semper, jugem postulat continuationem ad animi evagationem et mentis inconstantiam coercendam omnemque inanem interruptionem excludendam. Per faciem denique significat divinam præsentiam, ut nimirum opera nostra in conspectu Dei et ipsò intuente faciamus: quod ad devotionem et spiritus fervorem excitandum et continuandum plurimum juvat. Bis autem

dicunt : *Querite Dominum, et querite faciem ejus*, insinuans Deum per duplicis (activæ scilicet et contemplativæ) vite opera querendum esse; quandoquidem ad utriusque vite labores et opera nati et formati sumus, licet non parem omnes ad utramque habeant capacitatem: nam quidam quasi peculiariter nati videntur ad contemplationem, ad quam, teste D. Gregorio lib. 6 Moralium cap. 17, naturalem habent aptitudinem et propensionem; alii verò è contra toti potius ad activæ vite labores nati videntur, cum ad contemplationem prorsus sint inepti; quales ferè sunt homines rudiores; ut fabri ferrarii, et ejuscemodi officines, quos Ecclesiasticus ad sapientiam ineptos esse profitetur, cum alioquin ad opera mechanica sint aptissimi, et sic à naturâ formati, atque sum exculti, ut in eis non raro ad stuporem omnium miracè excellant. Unusquisque igitur pro virili suo Deum ante omnia querere debet, idque potissimum per ea opera, ad quæ peculiariter à naturâ formatus ac natus, aut per Dei gratiam singulariter vocatus ac renatus videtur. Gratia etenim miracè naturam perficit. Unde videtur homo naturæ lege nascitur ad laborem, ita per Baptismum renascitur ad amplius et perfectius laborandum, secundum propensionem quam unicuique Dei gratia et virtus infusa divinitus impertitur, dum speciali vocatione singulos non raro excitat et ad labores pro Dei gloria suscipiendos, et ad piâ opera statui suo convenientia fortiter simul ac suaviter quadammodo impellit. Hanc opinor ob causam comparatur in Evangelio Matth. 20, 4, Deus homini patriamillas, qui uno eodemque die à primo mane usque ad vespem quinquies exivit ad conducendum operarios in vineam suam, et quos invenit otiosos acriter increpuit, quò à naturâ statuque suo per otium et desidiam degenerarent; haud obscure insinuans nobis omnibus à primo mane rationis elucescentis usque ad mortis vespem operandum et instantem laborandum esse; siquidem propterea nati et regenerati sumus.

VERS. 8. — QUAM OB REM EGO DEPRECATOR DOMINUM, ET AD DEUM PONAM ELOQUIUM MEUM (1). Cùm in-

(1) *וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ עֹמְדִים* *verumtamen ego requiram ad Deum; וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ עֹמְדִים* est, *curam alicui intendere*. Confingemur ad Deum per preces. Id phrasia hæc sign. 2, Chron. 16, 12, Ps. 9, 11, et 34, 8, et 77, 5, et Isa. 9, 13; Soph. 1, 16. *Ego requirem*, etc. sub. *ad talia passus essem*. Hortatur Jobum ut respiciat, et ad Deum convertatur, et hæc occasione excurrit ad describendam Dei potentiam, justitiam, sapientiam et misericordiam, etc., non quasi Job negasset providentiam Dei, ut Hebraei exponunt, etc., q. d. Ego, si isidic essem, et talia paterer, non in Deum, ut tu facis, debacherar, etc., sed ad Deum confugerem, etc.

ET AD DEUM PONAM ELOQUIUM MEUM, *וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ עֹמְדִים*. *In Deo reponem causam meam*, non autem, ut tu, adversus eum contendere. *Et ad ipsum* (anteced. pro relat.) *deponem verba mea*; id est: Deum precarer. Vel, *converterem negotium meum*, id est, res meas et committerem. *וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ עֹמְדִים* sign. et verbum et rem. *Ad Deum ponam ductum meum*, id est: Ordinabo me ad Deum omni rationis facultate; aciem mentis ad eum convertam, ut ides et spes mea confirmetur. *וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ עֹמְדִים* sign. *potentiam, sine fortis*; *וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ עֹמְדִים*, adeoque favorem Dei erga bonos iudicium in

quit, in hac vita non ad quietem et gaudia, sed ad laborem et dolorem nati sumus, fidere haudquaquam impatienter agam, nec obmurmuro; sed humiliter me geram, et supplex Dominum deprecabor ut mihi opem ferat; et ad Deum confugiam, qui tutissimus esse laborum ac malorum omnium portus. Hisce verbis Eliphaz Jobum adhortatur ut ad Deum se convertat, ejusdemque auxilium in suis adversitatibus imploret; quoniam ipse solus tot tantisque malis remedium adferre, et omnes omnino calamitates abstergere ac penitus tollere cum voluerit potest. Quasi dicat: Si hoc idem mihi quod tibi infortunium evenisset, haudquaquam certè, ut tu facis, ita me torquerem; aut in querelas tam acerbas prorumperem, nec diei natalitatis meæ maledicerem; sed supplices ad Deum preces funderem, et ad ipsum converterem eloquium meum. Existimat enim Eliphaz Jobum irâ præcipientem de statu mentis dejectum, pro precibus, quos in tantis ætumnis constitutus Deo supplices offerre debuisset, impia et blasphema omnino verba reposuisse: in quo gravissimè decipiebatur, quò verborum Jobi sensum ac vim minimè intellexisset, ad externam duntaxat speciem eorum superficie tenis attendens, nec altissimam quæ in continentibus mysteria ullo modo penetrans. Unde accidit ut pharisaici quidpiam pateretur, Jobum in animo suo apud semetipsum despiciendo, seque ipsi tacite præferendo, tantum non dicens: Ego sanè non probò Jobi mentem parum miem; quin potius prosperis rebus utens ac henè valens Deum precor, ut bonam mihi mentem conservet, atque ad communes hujus vite labores perferendos, necnon ad graviores, si quando ingruerint, calamitates generosè ac constanter sustinendas roboret augeatque. Homo quippe sum, humani nihil à me alienum putans; et ex hoc hucisudum Jobi spectaculo manifestè disco ac video nihil fidendum prosperitati: quare mihi metipsi benè consulo, dum calamitatis tempus avertor, et animum meum ad quemvis eventum constanter excipiendum ac fortiter tolerandum comparo, et auxilium Dei implo-ro.

Præterent sanè in ærumnis et difficultatibus per deprecationem confugit ad Deum, qui in naturâ ipsâ inersuit tacitos veluti igniculos, quibus in duris gravibusque rebus animus attolleretur ad potentissimum cæli Dominum et tutorem universitatis invocandum. Quod naturæ testimoniū divinè urget Tertullianus lib. de Testimonio animæ, cum ostendit homines, qui de divinitate, deque magnâ numinis potentia et augustâ ejus majestate ac providentissimâ in omnes benevolentia nihil unquam acceperint aut intellexerint, in miseris tamen afflictisque rebus oculos in cælum tollere consuevisse, et ebulliente in animum sonum corde illud dicere: *Deus, adjura*. Quasi foret non dubia ipsius animi et naturæ professio, nullum sibi satis esse; potens autem ac summum aliquod esse Numen ceteros. Novum hoc est argumentum, ex potentia et mirabili gubernatione Dei, quæ cum justa sit, non potest pius et innocens opprimere. (Synopsis.)

et dominantem in orbe Deum, ad quem spectaret communibus vite ærumnis et impotentium alicui violentiâ oppressum è calamitate eripere ac liberare. Ita Plato in Theæto egregie asseruit homines in belli casibus; morbis; tempestatibus et summis periculis constitutos labere deos *ἀγνοεῖν καὶ κοῦραξαι, præsidēs et servatores*. Sic enim Academici cum aliis præstantibus in philosophiâ viris disputabant, pios omnes, qui animum suum à vitis et libidine avocarent, esse divi charissimos, à quibus non poterant non bonis eximius ornari et in adversâ fortunâ defendi. Quam ob causam Themistius Orat. 3: *Τὸν τὸν Θεὸν ἐνείκας, id est, Dei benevolentiam vocat* *διωκαζομένων ἐπιμαρτυροῦν, inexcusable præsidium*; quod nimirum amicus ille Numinis favor pro lorica et clypeo esse videatur. Quod adhuc clarius et longè sanctius propheta regis innuit, quando ingenti lætitiâ delibutus ita canit: *Scito honor voluntatis tue coronasti nos*, Psal. 5, 45. Bonam ipsam Deum erga nos voluntatem divinitus appellat *scutum*, quo non modò potentissimè in aceriâ fortunâ tegimur, verum etiam, quasi omni sit victorie, viciniam ac triumphamus; et proinde non illo dicit coronari, non aureo genueoque diademate, sed insigni Dei humanitate, quæ fiduciam nostram inarat, et palanis vitricibus decorat. Vel nos ait scuto coronari, hoc est, velut atheno vallo circumcingi, et undique muniri, ut intelligamus ad illos, qui piâ fiducia Deo se committunt, nihil adversi, nisi illo volente, penetrare posse. Sed quid scutum ad coronam? Quid scuti horror ad coronæ pulchritudinem? Scutum athenicum est, corona aurea: scutum ad belli pulverem, corona ad victoriæ lætitiâ comparatur. Qui dat scutum bellum clamat, sudores et vulnera innuit: qui coronam offert, victoriam, pacem, lætitiâ prædicat. Hoc quidem in hujus modum studio sic se habet: ad Deum omnia simul largitur athletis suis, qui cum dat scutum non sinit etiam coronam considerari; sed quem scuto armat simul coronâ condecorat, ut nihil desi, quod tibi non veniat in munere divino. Hinc utique Apostoli, et religionis Christianæ lumina, viri sancti, qui omnes, quasi forent sub Dei latè et flammifero umbone tui et muniti, pro communi et herolico symbolo hoc sumpsisse videntur: *In Domino confido*, Matth. 27, 43, Christi nimirum imitatione: de quo Judæi faterentur dicentes: *Confidit in Deo*. Sic expressè divus Paulus honorato hoc elogio gloriatur, Rom. 4, 14: *Confido in Domino Jesu*; et ante Evangelium David: *In Domino confido*, Psal. 10, 1. Item Machabei victoriosè inclit, quas non tam ferro quam divine fiduciae armis retulerunt; qui cum agerent apud suos de multitudine et potentia inimicorum in hunc modum loquuntur: *Illi quidem armis confidunt simul et audaciâ, nos autem in omnipotente Domino, qui potest et venientes adversum nos et universum mundum uno nutu delere, confidimus*, 2 Mach. 8, 18. Sic apud Hebræos, quamdiu legis amor Numinisque timor viguit, velut tessera illa communis adhibebatur: *In Domino Deo nostro confidimus*, ut Isaias testatur. Denique plena sunt utriusque

Testamenti paginae et omnium litterarum monumenta gloriosis factis divinisque oraculis ac monitis, quae fiduciam hanc suadeant; pro qua hic Eliphaz aliquot versibus sequentibus praecura quadam ex divina gubernationis ratione deprimit argumenta.

VERS. 9. — QUI FACIT MAGNA ET INSCRUTABILA ET MIRABILIA ABSQUE NUMERO. Quoniam superiori versu Jobum admonuerat ut ad Deum se converteret, ejusque clementiam et opem in suis afflictionibus imploreret; ne ex pusillanimitate de sua desperans salute à divino auxilio invocando retardaretur, quod omnes fortunas suas jam amissas et insanabili se morbo insuper affectum cerneret; aptissime hic infinitam Dei potentiam magnificentiamque commemorat, ut doceat nullius res adeo afflictas ac deploratas existere, quas non facillimè Deus, cum voluerit, possit erigere, atque in integrum restituere; ideoque in solo Deo fiduciam omnem esse collocandam. Ad hanc porro fiduciam duobus praecipue modis erudit nos Deus et quasi menduciat; nimirum declaratione invictae potentiae suae glorioseque majestatis, cui nihil resistat; et immittendis calamitatibus è quibus nulla humana vis eripere et tueri possit; ut homines cognita imbecillitate sua, atque insuperabili Dei robore percepto, ad illum velut unicam in rebus profligatis perfugium recurrant, qui solus possit omnia, et reliqua sine ipso nihil: quamobrem in Scripturis vocatur *Omnipotens nomen eius*, Exod. 15, 5. Quod divine exponens S. Dionysius lib. de Divinis Nominibus cap. 8, docet duplici modo Deum dici *παντοκράτωρα καὶ ἀπειροκράτωρα*, id est, *omnipotentem et infinitum potentem*; Primò causaliter et eminenter; et quatenus (nimirum) omnem potentiam in semetipso anticipat, et eminenter continet, ut omnis potentia causa, necnon omnia per potentiam inenarrabilem et incircumscripam producat, ut aceptor ipsius esse potentiae tam universalis quam cujuslibet particularis. Siquidem ab ipso est omnis potentia omnisque virtus, seu vis agendi et operandi, omnis vigor, omnis efficacia in omnibus rebus creatis, in terrâ, in mari, in astris, in lapidibus, metallis, plantis animalibus, ipsisque angelis; in quibus omnibus vis omnis operandi aliquid est tenuis duntaxat participatio potentiae divinae.

Secundò dicitur formaliter *Omnipotens*; quatenus scilicet infinitipotens est non solum omnem potentiam producere; sed etiam quod supra omnem quocumque ipsam per se potentiam existat, et quod desuper cossit infinitas alias rerum potentias producere, et quod infinita et in infinitum producendae potentiae non possint supraquam infinitam potentiam illius potentiae effectum hebetare; Deus igitur ipse in se formaliter est potentia infinita, vel potius ipsamet potentia infinita per se subsistens; potest enim omnia quae mens creata potest concipere; quae prorsus in omni genere et specie sunt infinita; v. g. infinitos mundos huic nostro mundo similes, et alios huc dissimiles, infinitos angelos, infinitos populos, infinitum aurum, argentum, lapides pretiosos, etc.,

nec solum potest omnia quae mens creata potest concipere, idque in quantavis magnâ multitudine, quantitate ac perfectione, sed etiam quodvis ipsae suae infinita sapientia potest extra vel intra se concipere; quae infinitas plura et magis mirabilia sunt, quam ea quae possunt concipi à mente creata, Quidquid enim sua mente infinita potest interius concipere seu formare intelligendo, potest exterius producere et formare creando; et hoc modo potentia ipsius sapientiae coaequatur. Porro haec omnia potest facere repente, sine morâ temporis, et sine ullo labore, summâ et infinita facilitate, solo nutu suae voluntatis, et solo verbo. Quare longè facilius illi esset mille mundos novos excitare quam nobis nomen mundus pronuntiare; et tamen nobis nihil facilius verbo.

Notandum tamen (ut in questione prorsus theologiae praecipue loquamur) quando Deum dicimus posse facere in omni genere infinita, hoc intelligi de infinitis syncategorematicè, ut Scholastici loquuntur, non categorematicè sumptis; id est, posse illum tot res cujusvis generis facere, ut semper possit plures et plures sine fine, adeo ut nullus numerus tam magnus concipi queat, quin tot et plures sine fine possit facere; sic tamen, ut nunquam faciat infinitum actu, juxta probabiliorum S. Thomae et multorum aliorum sententiam, quia repugnat creaturae actu esse infinitam, ut passim theologi docent.

Hic igitur infinitipotens Deus hoc loco ab Eliphazo dicitur facere magna et inscrutabilia et mirabilia absque numero, quod ferè coincidit cum illi Davidis sententiâ pra admiratione exclamantis: *Magna opera Domini!* Psal. 110, 2; item cum illi: *Qui facit mirabilia magna solus*, Psal. 135, 4. Quibus verbis proleptur propheta Deum solum et magna facere, et mirabilia operari. Quae licet ejus potentiam et sapientiam potissimum manifestent, attamen ejusdem quoque benignitatem non obscure declarant. Quod enim adeo magna et pulchra sint, opificis potentiam ac sapientiam indicant; quod autem propter nos et in usum nostrum facta sint, conditoris eorum benignitatem ac immensam bonitatem mirificè commendant. Quapropter Vates quidem Regius ex magnis Dei operibus nos ad potentissimi benignissimique Nominis confessionem ac laudem ubique excitat; Eliphaz verò eadem hic commemorat, ut propositâ divinatorum operum magnitudine vel insolentem, ut ipse perperam opinabatur, Jobi animum deprimeret aut saltem erigeret desperantem, quoniam ad utrumque divinae potentiae consideratio plurimum valet, quae in magnis, inusitatis ac formidandis operibus (quae inscrutabilia, mirabilia et terribilia Dei nominantur) maxime replet, quibus omnes, etiam superbestissimi gigantes, qui vel eorum ipsam violare ferro et impia manu stultè moluntur, et coronati reges, et angusti imperatores, velint, nolint, capiti summo inclinent, et majorem quamdam manum robustioremque agnoscent necessè est. Quod ut Jobo magis inculcet, ad particularia quaedam Dei mirabilia descendit dicens:

VERS. 10. — QUI DAT PLUVIAM SUPER FACIEM TERRAE.

ET IRRIGAT AQUIS UNIVERSA (1). Mirabilem Dei in pluvia imbrumque generatione ac dispensatione potentiam providentiamque commendat, quam eodem sensu David et isdem penè verbis deprædicat, atque inter magna Dei opera recenset, dicens, Psal. 146, 8: *Qui operit caelum nubibus, et parat terræ pluviam, id est, qui facit è terra vaporibus nubes in sublimi concrebrescere ac eorum quodammodo operire, ut deinde solaribus radiis aut aliorum planetarum influentibus preparatae ac solutæ, terram ipsam, unde humorem collegerant, foecundis imbribus augeant, gravidentque ad mirificos et multiplices fœtus. Quod haud dubium esse omnipotentis atque divinae virtutis indicium oracla testantur, dum hanc supremam pluviae potestatem soli Deo propriam et aliis incommunicabilem esse tradunt, ac veluti certum et infallibile veræ divinitatis argumentum assignant, quo tantum signum distinctivo à falsis gentium diis distinguitur; sic enim Jeremias ait, cap. 14, 22: *Numquid sunt in sculptilibus Gentium qui pluviam? aut caeli possunt dare imbres? Nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectavimus? tu enim fecisti omnia haec; ubi Aquila legit: *Numquid est in vacuitatibus Gentium qui pluviam?* quasi dicat, vanum esse numen, cui non adsit potestas pluviam, quam Paulus quoque in Actis Apostolorum esse veram divinitatis testimonium profertur Deum vivum praedicans, *qui non sine testimonio semetipsum reliquit beneficiens de caelo, dans pluviam et tempora fructifera, impletus cibo et lætitiâ corda nostra*, cap. 14, 16. Per pluviam quippe Deus cunctis mortalibus testatam esse voluit suam omnipotentiam ac providentiam (quae enim mortalium vis hoc opus admirabile tam frequens tamque utile perficeret?) nec non beneficentiam erga genus humanum prorsus singularem, quae homines hoc admirabili artificio sustentat, quod, præter usus mortali naturæ necessarios, delicias quoque parit innumerabiles, quibus non solum justis et amici Dei, sed etiam injustis, super quos etiam pluit, perfruatur.**

ET IRRIGAT AQUIS UNIVERSA. Hos posterius hemistichium à quibusdam interpretibus non tanquam prioris explicatio, et veluti amplior ejusdem rei expositio, ac vocabalis synonymis, prout in Psalmis passim fit, repetitio accipitur, sed de fluminibus explicatur, quorum videlicet exundatione, non secus ac Nili in Aegypto, pluviarum defectus suppletur: *Ubi jacto*

(1) Quod versu præced. in genere proposuerat, jam per partes enumerat, et significationem explicat in aliquot locis operibus, unde caetera metri licet. Incipit à pluvia, quae argumentum præbet admirabilis cum sapientia, tum potentie divinae. Nam quum caetera, ut sol, et sidera, et alia assidue sint et continua, pluvia statis tantum temporibus à Deo mittitur, quâ si diu careat hic orbis inferior, cito marcescat et pereant necesse est omnia animata, quae ejus beneficio vegetantur et aluntur; sustentari homo, subsistere caetera animantia non possunt. *וַיִּרְדּוּ הַיָּרְדֵּן* h. l. non sunt pluviae, sed exteriora (à *וַיִּרְדּוּ, foras*), quae sunt extra urbes et pagos *וַיִּרְדּוּ הַיָּרְדֵּן*, Gen. 17, 16, id est, campi et pascua, quae ipsa significatione hanc vocem et Ps. 144, 13, capi potest. Conf. J. D. Michaelis Supplement. ad Lex. Hebr., p. 690. (Roscnmüller.)

semine in hortorum morem aqua ducuntur irriguae, Dent. 11, 10, vel sicut in paradiso, olim deliciarum loco, priusquam placeret Dominus Deus super terram, *fons ascendebat à terra irrigans universam superficiem terrae*, Genes. 2, 5. Verum, ut bene cum Sanctio nostro Pineda notat, si textum Hebraeum et Graecum consulamus, hoc etiam ad pluvias, de quibus in priori hemistichio agitur, referendum esse intelligemus; in Hebraeo enim est *וַיִּרְדּוּ מֵעַל פְּנֵי הַיָּרְדֵּן*, *וַיִּרְדּוּ מֵעַל פְּנֵי הַיָּרְדֵּן*, id est: *Et irrigat aquis superficies platearum*; significans non solum agros et hortos agriculturalum et hortulanorum labore ac industriâ subactos et consitos, sed plateas etiam et loca infrugifera coelesti pluvia irrigari. Septuaginta vertunt: *Qui mittit aquam super eam quae sub caelo*, quod Scholion exponit, *super faciem exteriorum*, quod de fluminibus dici non potest, quae nec totam quae sub caelo est terram operiunt unquam, neque universam ejus superficiem irrigant, quemadmodum à pluvia quotidie fieri videmus, quae ipsamet etiam montium cacumina et qualibet loca hominibus inaccessa pervadit, juxta illud: *Quis dedit vehementissimo imbri cursum, ut plueret super terram absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur?* Job. 58, 25, de quo suo loco.

Caeterum cum pluvias nonnunquam Deus, ut justitiae instrumentis, ad vindictam et supplicium de improbis sumendum et orbem sceleribus inquinatum diluvio delendum usus fuerit, huc ego potissimum alludi censeo, quandoquidem, ut ex praecedentibus et sequentibus patet, tota haec Eliphaz oratio ad Jobum perstringendum, et oculi alienis criminis, ob quod in tantas calamitates incidit arguendum et convincendum ordinetur, ut tandem aliquando culpam suam agnoscent, et cum Deo in gratiam rediens, delicti sui veniam ac supplicii remissionem obtinere mereatur; suadet enim Jobo ut ad Deum se convertat, quemadmodum versu octavo dictum est, eumque depræcet, *qui dat pluviam super faciem terrae, et irrigat aquis universa*, id est, qui imperat nubibus, ut se cogant et addensent onerentque imbre, tum patefactis subito cataractis fluvios immittant in orbem terrarum, quibus si voluerit, ebulliens perdet omne genus humanum. Quod enim semel Deus fecit, id cum libuerit facere potest. Eant nunc de stirpe Enacim famosi à seculo et robusti bellatores; eant purpurei principes, qui ut dii colli voluerant, quibus nihil dominetur; videant sub aquis in denso illo luto et ranarum vermicumque regno, an in fortitudine Ibraichii sui, aut divitiarum copia, aut multitudine armatorum fiduciam ponere possint, et adversus Deum magnibè triumphantem et dominantem consistere. Merito hic cum regio valet licet exclamare, Psal. 88, 7: *Quis in nubibus equabitur Domino? illi inquam, qui roris pluviaeque Dominus est; Qui levat nubes ab extremo terrae, ut ait Jeremias, cap. 51, 46, de quo eleganter quoque Job in Physiologiae arcanis theologus: *Quis inquit, pluviae pater, vel quis genitrix stillas roris*, cap. 58, 28. Sed de his suo loco, cap. 26, v. 8;*

et cap. 28, vers. 36; et cap. 30, vers. 23, ubi etiam mysticas et morales pluvie acceptationes explicabimus.

VERS. 11. — QUI PONIT HUMILES IN SUBLIME, ET MOERENTES ERIGIT VOSPITATE (1). Id est, eos (qui sub pedibus omnium esse videbantur) attollit quasi in aureum curram misericordiae triumphantis, et per oculos non dicam hominum, verum et angelorum circumducit, ut miserationis Numinis infinitas ipsi agnoscant. Non solum enim improbos puniendo atque superbos deprimentes potentiam suam ostendit Deus, sed vel maxime illam humiles exaltando, et moerentes consolando et sospitando manifestat. Summa enim potestatis argumentum est posse excitare jaceantes, et ruentes suscinere, hi ne cadant, illi ne in sordibus ac pulvere taseant. Plurima sanè sunt in Scripturis monumenta et exempla, quibus aperte ostenditur Deus exaltandis humilibus quasi totus incumbere, nec ullè re magis quam humillum exaltatione gloriarì, adeo ut illud præ cæteris eximium et veluti proprium quoddammodo Dei munus esse videatur. Quod experientia compertum habens et admirabundè mente considerans David jure merito exclamat, Psal. 112, 5: *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat; et humilia respicit in celo et in terrâ!* Ubi inter alias admirabiles divinæ potentie ac providentiæ rationes hanc potissimum admiratur et extollit, quod nimirum excelsus cum sit Dominus, humilia respicit. Nam magni plerumque magnos diligunt, et superni seculi principes alios sui similes, nempe nobilissimos et illustrissimos, amore suo dignos ducunt. Non ita Deus noster qui in altis habitat, et cum naturâ suâ immensus et excelsus sit, humilia respicit in celo et in terrâ. Ad quem locum pulchrè Prosper: *In altis, inquit, Dominus habitat, id est, in sanctis et spiritualibus atque celestibus; et humilia respicit, id est, ipsos sanctos nunquam in se, sed semper in Domino gloriantes, delectatur enim altitudine humilitatis et humilitate celsorum in celo et in terrâ, hoc est, quorum conversatio in oculis est, licet mortali sint carne circumdati. Respectus itaque humilium, quo à Domino respiciuntur ut celi sui, ut ipsâ humilitate sublimes, respectus est benignitatis et*

(1) Aben-Esra hujus versùs sententiam connectit cum eo quod v. 10 de imbre dixerat, quasi ejus beneficio amplexissimas fruges et annonam consecuti, qui ante in obscuro jacebant, conspici redduntur et opulenti ob frugum abundantiam. Sic Chablers: *Ut ponat oppressos fame in sublime.* Sed generale præcæd dubio est. Ab opere naturæ (v. 10) ad homines transit, et que in his edere solet summa potestatis documenta latè persequitur. Connectendus hic versiculus cum v. 9, hoc modo: *Facit Deus magna et admiranda, quæ non possunt (vid. N. G. Schroederi Syntax. Reg. 87, c. 1) nisi humiles, depressos, humili statu et conditione (ut Ezech. 17, 14, 29, 44, 45), et in sublime, ut Hieronymus veritè, in alto et tuto loco, ubi ab oppressionibus salvi sunt, ad summam quandocumque dignitatem et divitias evehit.* Conf. 1 Sam. 2, 7. Ps. 113, 7. Posterius hemistichium, *quod reddidit Hieronymus: Et moerentes erigit sospitate.* Nam *quod reddidit, proprie atrati, pullati, h. l. sunt moerore deformati, vid. not. ad Ps. 53, 14.*

(Rosenmüller.)

amoris; respicit enim eos ut ipsius honoris avidos, atque humilitate decoros; et ad eos diligendos trahitur, quia cum eos justos et sui similes fecerit, eximio quodam ipsos amore dignatur. Humilibus nempe nihil aliud curæ est nisi honor Dei, nam illum honore afficiunt, dum eidem omnè bonum tribuunt, seipos conatusque suos apertissime compulsi veritate continent; illos autem qui Deum honorant, ipse gratissimos habet, eisque abundantissimam gratiam imperit. Quâ ratione nos Ecclesiasticus ad humilitatem hortatur, dicens, cap. 3, 20: *Quantò magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam; quoniam magna potentia Dei solius, et humilibus honoratur.* Nihil sanè pretiosius, nihil desiderabilius, quam apud Deum invenire gratiam, et ejus amorem ac benevolentiam promereri; si hanc igitur tibi conciliare cupis, quantò major fueris, tantò magis te abijce, tantò modestius de te cogita, tantò verius aliis te submitte, ut hunc thesaurum gratiæ Dei possidere merearis. Neque verò gratiam duntaxat, sed et gloriam, eamque eximiam, humilitas promeretur apud Deum, qui ut in Anna cantico est, *suscitat de pulvere egenum, et de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum principibus, et solum gloria teneat,* 1 Reg. 2, 8. Quò spectat etiam illud Davidis: *Suscitans à terrâ inopem, et de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui,* Psal. 112, 7. Quod ab Anna videtur mutatus propheta regius, minime abiret à femina, insigni humilitatis exemplo, discere, illiusque doctrinam suam illustrare. Quem locum Theodoretus cum altero componens, utrumque deinde explicat de vicissitudine temporalis miserie ad temporalem felicitatem, quamvis illam aliam vicissitudinem spiritalis miserie ad spiritalem felicitatem non excludat: *Cernimus, inquit, hæc ipsa à Deo universalitatis continuo fieri. Sic beatum Davidem, cum pastor esset, cregem fecit, et Josephum, cum in servitum incidisset, in regali constituit solo; sic Moysen, cum copioso esset, populi gubernatorem declaravit, Pharaonisque Deum elegit; sic gentes impietatis paupertati servientes, et in peccati stercore sedentes, bonis, quæ Israël concessa fuerant, dignatus est; sic immanem naturam, cum in ipsam mortis profundum incidisset, assumpsit, et sursum exiit, et collocavit super omnem principatum et dominationem et omne nomen, quod nominatur non modo in seculo hoc, sed etiam in futuro. Atque hoc est quod beata Virgo Deipara in cantico suo cecinit: *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles,* Luc. 4, 52. Quæ cum sint obvia notissimaque, et passim decantata, et à pluribus scriptoribus atque interpretibus illustrata, non opus habent majori explicatione.*

ET MOERENTES ERIGIT VOSPITATE, id est, homines luctu et moerore confectos, de quorum salute omnes dilaudant, subito recreat, reficit, et cunctis doloribus liberat. Sic liberavit Henoch et Eliam de communi morte, Noe de diluvio, Abraham de Ur Chalcedorum, Isaac de hostiâ et de manu patris sui Abrahæ,

Lot de Sodomis et de flammâ ignis, Moysen de manu Pharaonis regis Ægyptiorum, Daniele de lacu leonum, tres pueros de camino ignis ardentis et de manu regis iniqui, Susannam de falso crimine, Davidem de manu regis Saül et de manu Golia. Quam divinæ tutelæ providentiam sanè maximam in se fulciter expertus David etiam alios secum ad laudes Deo decantandas invitat dicens: *Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen ejus in idipsum,* Psal. 53, 4, et post pauca de se dicit: *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum, et de omnibus tribulationibus ejus liberavit eum.* Eodem modo passim alibi Deum ut refugium, ut salutem, ut protectorem et adiutorem, ut patrem pauperum, ut moerentium consolatorem deprædicat; nam ea est in destitutos et calamitatibus obnoxios illius benignitas, et singularis benevolentia, ut velut glorioso et honorifico titulo excellentis gloriæ ab Apostolo vocetur *Deus totius consolationis,* 2 Cor. 1, 5, hoc est abundantissima quatenus velut apotheca, unde omne genus consolationis promittit; et *Deus patientiæ et solati,* Rom. 15, 5; quòd ut rectè ibi notat Cornelius à Lapide noster, sit totus consoli et oceanus consolationis, unde non teneas rivulû, sed ingentia flumina suavitudinis infinitæ ad afflictos mereantesque dimanant.

VERS. 12. — QUI DISSIPAT COGITATIONES MALIGNORUM (1). NE POSSINT IMPLERE MANS EORUM QUOD COEGERUNT. Nihil profecto Numinis potentiam providentiamque hominibus adeò admirabilem commendabilemque reddit, quàm si ejus suavi dispositione, præter omnem expectationem, malignorum et iniquorum hominum, quibus nemo resistere valebat, conatus et machinationes eludi ac dissipari videant. Quam ob causam regius propheta Deum laudare non cessat, Psal. 52, 10: *Quia Dominus dissipat consilia Gentium, reprobat cogitationes populorum, et reprobat consilia principum.* Ita Babyloniorum impia in turris ac civitatis ædificatione consilia dissipavit, et simul ipsos ædificatores per universum terræ orbem dispersit. Sic cum Salmanasar rex Assyriorum in Hierosolyma eversionem conjurasset, et obsessi extremum exterminium pavidi expectarent, ecce inopinatè Deus, ut regum narrat historia, vocat nomine suo

(1) *וַיִּפְּסֵם כַּלְדַּיִם, sive astutorum, etc., q. d., nudorum; vel quia nudi sunt agiliores et minus præpediti quam vestiti; vel quia *אֲרָצָה* non præbent, ut vestiti. Contrarium hoc est superioribus. Duo dicit hoc et seq. vers. Deus facit ut quæ volunt homines fieri, non fiat, et quæ nolunt fieri, fiunt.*

NE POSSINT IMPLERE, etc. *וְלֹא יִשְׁלְמוּ עִמָּם, Et non facient, vel, nec faciunt, i. e., ita ut non faciant.*

QUOD COEGERANT, etc. *וַיִּשְׁלְמוּ עִמָּם, variè reddunt, consistentiam (vel constantem) solidam quid, essentiam, quietam, quod decreverant, ordinationem et dispositionem, rationem, i. e., quod cum ratione et sapientiâ sibi videbantur proposuisse, etiam sign. rationem, prædicationem, et institutum omne quod cum intellectu sit, et juxta quod esse gerere oportet; unde et pro lege sumitur. Deducitur à שׁ; ut שׁ אֵין אֵין; vel forte ab Æthiop. *ሠ, generare, germinare,* Marc. 4, 27. Sapientia autem est prima et præcipua mentis progenitio.*

(Synopsis.)

num è beatis spiritibus, qui celestis sunt curia principes numero propè infiniti, imperatori illi summo obedientissimi, jubet ut claras et numerosas Assyriorum legiones, quæ populum Dei magno terrore complebant, vi et impressione deleat. Dictum, factum; fortissimum exercitum centum et octoginta quinque millium rhomphæâ suâ mirabilè uno impetu laceravit, occidit. Hæc mirificam illius potentiam ostendunt; à quâ pendet natura omnis et creaturarum rerum varietas, proindeque denuntiant absque illo hominum vim, robur, consilium et quamlibet exaggeratam potentiam esse inanem, ad eumque ut commune mundi presidium recurrendum. Nam ut à celo doctus divinè pronuntiavit, *cogitationes mortaliæ timide,* Græcè *βελία, miserande, lætera,* in tenebris gradiuntur, et titubant, ac pleniori lumine destitute falluntur. Hinc eleganter et verè dixit Aristoteles mentis oculus in pervestigatæ veritatis, maximo rerum sublimium et arcanorum, vesperilionum luminibus videri similes, quæ ad dici lumen caligant. Hoc ipsum est quod addit sapiens, *cogitationes nostras esse incertas, sive, ut in Græcè est *ἄσφατος, fallaces, erroris obnoxias, dubias;* quamobrem sæpè à destinato scopo aberrant, successu carent, et in mediâ ipsâ contentione franguntur.*

Quem latet omnium hominum memoriâ, et singulis non tantum ætatis, sed etiam annis ac penè diebus fuisse reperiis quodam Siculo Polyphemio non absimiles, qui cum grandi oculo prudentiæ ornati esse viderentur, miserrimè tamen excecati sint et infatati? Exemplum hujus rei clarum habemus in Achitophelæ, cujus os, cum esset in Hebræo populo ut Delphici Apollinis cortina, vel antrum Sibylle veracitè, veròdè mente consilio detestando inter patrem filiumque bellum incendit patrie luctuosum: unde ipse merito suo pestem et perniciem et dedecus nominis sui reportavit, nam cum videret Absalomum juvenem animum et ambitiosissimi animi, qui gloriæ impotentis cupiditate rapere, jam regi diademâ cepisse, et anhelare ad imperii magni possessionem, auctor illi fuit, ut per nefas communi luce patefactum ad concubinas patris sui ingrederetur, ut per scelus immanemque audaciam sibi viam adiuturum ad bonam mentem intercluderet, cum gnavior semel ruere cepisset. Quid deinde est consecutum? Cum pergeret in multuosum pectus advocare veluti senatum, et vires omnes adhibere mentis atque ingenii ad ea molienda quæ Davidi cladem et interitum adferrent, dissipavit Deus hominis consilium judicio suo prudentis, et bellè, ut illi quidem videbatur, structas animi cogitationes providentiasque illusit. Itaque homo infelix os et guttur, per quæ verba in hominum aures instillaverat, laqueo stringenda et exanimanda putavit. Hic sanè docere potest, atque

ex alta illa trabe, in qua pependit, ad memoriam posteritatis inonere, fallaces esse hominum providentias, et Deum dissipare cogitationes malignorum, ne possint implere inanis eorum quod coeperant. Id ipsum adhuc magis illustrans et inculcans subdit :

VERS. 15. — QUI APPREHENDI SAPIENTES IN ASTUTIA EORUM, ET CONSILII FAVORUM DISSIPAT (1). Hanc

(1) חכמים רבים לבי caput sapientes, calidos in astutiâ sua, ut eo ipso, quod astute excogitarent, capiantur et irretiantur ; suis eos rebus caput, suis jugulat gladiis. Videtur hinc sumpsisse Paulus quod citat, 1 Cor. 3, 19 : Ο δόξα σοφίας, εἰς τὴν ἐπίστασιν, καταργεῖται. Alexandrinus nostra verba sic reddidit : חכמים רבים עושה עושה עושה. חכמים רבים, sapientes, videntur h. l. in malo sensu dici pro עובדים, astutis, quod Græcis quoque in ἔργῃ et νόμῳ; usitatum esse, monuit A. Schultens. בערכם Kimichis observat dictum esse pro עובדיהו, litterata per synecopen concisa, ut, Os. 13, 2, נבונים, pro נבונים. Aliis est infinitivus cal. qui, 4 Sam. 23, 22, reperitur, sed h. l. mutatis punctis, propter suffixum. Similitus est formam segolatum, עושה, assumere, ejusdem significandiis cum עושה. Versuti in altero hemistichio עובדים appellatur, quos Alexandrinus non male עובדיהו dixit, multis quasi fraudum similis et nexibus implicitis, נבונים fit precipitatum consilium eorum, i. e., consilium et fatuum, ut errent et impingant ubique ac in præceptis suorum, sicut festinantes solent, quemadmodum, Proverb. 19, 2, דיעות היות היות, festinus pedibus erat, seu lapsa, offendi. Hinc עובדים Isa. 52, 4, sunt temerarii, stolidi, qui inconsulto aliquid faciunt ac temere, et Isa. 53, 7, חסרונם, consueti, mentis inopes, metu ac terrore. Sensus huius est : consilium versutum, etiam prudentissimum tantum, divina potentia fatuum ac irritum reddi, ut epe nihil valeant homines istius prudentissimis consiliis suis, ac si imprudentissimè iniia essent. Syrus : Et consilium callidorum irritum facit. Chaldeus : Et consilium astrologorum suorum (Pharaonis, vid. not. ad v. 12) percerorum recidere fecit super eos. Hieronymus : Consilium pravorum dissipat. (Rosenmüller.)

Qui trompe les sages par leur propre sagesse, et qui renverse les desseins des injustes. Saint Grégoire nous représente par quelques exemples la vérité de cette parole, en nous faisant voir que les hommes contribuent à l'exécution des desseins de Dieu par les mêmes voies par lesquelles ils s'efforcent de s'y opposer. Joseph, dit-il, fut vendu à des étrangers par la crainte qu'eurent ses frères de l'adorer. Et ce fut à cause qu'ils le vendirent, qu'ils se virent obligés de l'adorer dans la suite, et que son songe fut accompli. Jésus-Christ, dont il était la figure, s'étant attiré par la multitude de ses miracles la jalousie des prêtres des Juifs qui ne pouvaient voir sans une extrême douleur que les peuples l'admirassent et le suivissent en foule, et l'un d'eux ayant déclaré qu'il était avantageux que celui-là seul mourût, pour empêcher que toute la nation ne périt; la mort cruelle qu'ils firent souffrir au Sauveur du monde devint l'établissement de son corps mystique qui est l'Eglise, et ce qu'ils firent afin d'éteindre l'accroissement de sa gloire. Il n'y a donc point de sagesse, il n'y a point de prudence, il n'y a point de conseil qui soit capable de s'opposer à la volonté de Dieu. Ainsi, selon la conclusion qu'en tire ce saint Docteur, il est bien plus juste que nous recherchions en toutes choses quelle est cette divine volonté, pour y conformer humblement la nôtre, de peur que nous ne l'exécutions malgré nous, lors même que nous voudrions nous en éloigner avec orgueil.

On ne peut voir un tableau plus vil, ni une description plus véritable de la sagesse, de la puissance, et de la discipline salutaire du Seigneur, que ce discours d'Eliphaz, qui tendait à presser Job d'adorer

locum Paulus quoque Apostolus citat dicens : Compræhendam sapientes in astutiâ eorum, 4 Cor. 3, 19. Mira quidem in cogitationibus malignorum dissipandis relictæ Dei providentiæ, sed longe tunc mirabilior apparet, quando astutissimâ ipsorum consilia per illa ipsa, quibus vel maximè stabilientiâ firmantur videbantur, evertit, et in auctorum capita perniciemque retorquet, ut pulchre ad hunc locum D. Gregorius lib. 6 Moralium cap. 12, de his perverorum consiliorum architectis agens ostendit : « Inde, inquit, voluntatem Dei peragunt, unde hanc immutare contendunt. Omnipotentis Dei consilio, dum resistere nituntur, obsequuntur. Dei consilii humana facta etiam tunc congruè servant cum resistunt ; » hoc ipsum deinde plurimis Scripturæ testimoniis confirmat, et inter cætera illustrat exemplo Josephi, quem fratres vendiderunt, ne adorarent, sed Deo saviente ac fortiter sic omnia dirigitur, quia vendiderunt adorant. Uade D. Chrysostomus hom. 61 in Genesim divinam hanc providentiam in his fratrum consiliis ab illorum ad suum scopum detrahendis, vel potius suavissimè dirigendis, ostendens ; « Consultant, inquit, et attentant, et suam declinant calamitatem, at sapiens et omnipotens Deus insidiatorem ministrare etiam invitò facit dispensationi futurorum. » Et D. Gregorius paulò antè citatus : Divino, inquit, iudicio quod declinare coacti sunt retinendo servaverunt. » Et paulò post : « Sic divinum consilium, dum devitatur, impletur ; sic humana sapientia, dum reluctatur, comprehenditur. Timebant ne Joseph super eos exeresceret, sed hoc quod divinitus dispositum fuerat cavendo factum est et evenit. Unde humana sapientia voluntati Dei per intentiorem resistit, inde ejus impletioni militavit. »

Sic etiam Pharaõ Moysen, dum perdere voluit, illustriorem reddidit ; nam, ut bene S. Chrysostomus hom. 54, in Acta : « Jussit, inquit, Pharaõ in flumen proijci pueros. Nisi proijcti fuissent pueri, non fuisset servatus Moyses, non in aula educatus fuisset ; quando servabatur, non erat in honore ; quando expositus fuit, tunc factus est in honore ; hanc eruentium Pharaonis de perdendo Moysè consilium non modò incolumem servavit Moysen, sed insuper ad summam proxit dignitatem, et in auctoritatè sui tantique sceleris architectæ ruinam et interitum conversum fuit ; dum is, qui Moysen adhuc puerum in flumen proijci et submergi jusserrat, ab eodem à se servato et educato unà cum exercitu in mari Rubro submersus perit. Verè dixit Sapiens, Prov. 21, 50 : Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum, qui apprehendit sapientes in astutiâ eorum, et consilium pravorum dissipat. »

ses jugemens, et de se soumettre à sa justice. Ce sont autant de sentences très-belles et très-utiles en elles-mêmes, mais qui étaient rapportées à contre-temps ; puisque Job préchait beaucoup davantage par sa patience, qu'Eliphaz par tous ses discours, et qu'il convenait avec lui de toutes ces choses, mais qu'il avait en vue d'autres vérités que son ami ne comprenait pas. (Sacy.)

expressit Jeremias, cap. 23, 12 : Via eorum erit quasi lubricum in tenebris : impellentur enim, et corruent in ea ; significans vias peccatorum tenebrosas simul et lubricas existere, ne quâ fugiendum sit, vitæque, neque firmiter consistere aut gressum figere valeant, sed insuper impellantur, et corruant. Id ipsum quoque adumbratum fuit in triduo illis Ægypti tenebris, quæ, quod omnino prodigiosum erat, Israelitis in eadem regione gratissimâ luce fruentibus, solis Ægyptiis, Dei inimicis, tam dense, ut palpari possent, offundebantur, ipsosque adeò excecabant, ut nec frater fratrem, nec amicus amicum agnosceret. Fieri certè necesse est, ut in densissimas mentes tenebras incidant ii, qui legem Dei et doctrinam ejus negligunt, quæ una certum hominibus lumen adfert ad res quaslibet præterite et inculpate gerendas, juxta illud Davidis, Psal. 118, 105 : Lucerna pedibus meis verbum tuum. Quam lucem quod non cernant neque sentiant inquit, sepe numerò in Scripturâ cæci et non videntes appellatur. Quis enim seipsum per peccatum mentis tenebras offundit, et eâ ratione totam animam fieri ludibrium inimicorum, atque in fraudem induci ? Ac imprimis omni vitio animi lumen imminuit tum vitiosorum quotidiana experientia tum Philosophorum illud axioma declarat : Omnis peccans eris. Tenebris certè involutus est atque cæcus quisquis in malum se facinus induit, et in fauces inferorum ac demonis servitutem precipitatur. Est nimis infandè illius hostis consuetudo ante omnia mentis oculos fraude malignitæque sui obnubere, subducere cognitionem celestium, ut in vitæ cursu laxi habeatis quasi nigri in nocte Andabatarum more modo ferantur. In illa sceleris Umbra piscatur ille orti prædò, et reti suo mortales involvit : interposito leiferi peccati solis semper luctuosam eclipsin et defectionem creat, unde plurimæ et gravissimæ calamitates oriuntur. In jure enim de servitute urbana, l. 15 et 16, prohibetur ne luminibus offundatur, et ne prospectus offendantur. Est enim illud delugenda et moleste servitutis genus cum multis et magnis incommodis conjungitur, ubi gravissimi et doctissimi Jurisconsulti aiunt lumen id esse, ut cæcum videatur ; prospectum ad inferiora loca pertinere. Utrumque facti ille humani divinitusque juris pernicies : nam per peccatum et conspectum cæci nobis eripit, et humanas quoque rationes et inferiores obtenebrat.

Est quidem omnibus hoc vitiosus hominum commune, ut, sicut dixi, tenebras animi incurrant ; unde S. Dionysius Areopagita Ecclesiastica Hierarchie cap. 2, peritè vocat ἀμαρτία κῆρας, obscuram, et illane vitium ; id tamen invidis est quasi proprium et peculiarè, ut etiam per diem incurrant tenebras ; et quasi in nocte sic palpent in meridie. Nam reliqua quotquot sunt vitia tenebras quidem incurruunt, sed in nocte ; quod non adeò mirum est ; at invidiæ tenebras etiam incurrit per diem, et cæcitat ac palpât in meridie ; quia dum de aliorum bonis trahitur, illa ipsa lux quæ aliis affulget invidiæ tenebris offundit ; quod sanè gravissimum miseriæ genus est, quemadmodum ad hunc

(1) Neque solarem, id est significat ; at de nocte usurpate Num. 3, 15.

INCURRERE TENEBRAS, וְיִשְׁכַּח עֵינָיו q. d. : In rebus etiam evidentissimis cæcitant ; et quom sibi videntur tunc perspicaciores esse, non possunt consilia sua ad exitum perducere ; ignorantia subito involuntur, gravissimè errantur, et in calamitates ruunt.

SIC PALPANT IN MERIDIE. Confer Deut. 28, 29, et Isa. 59, 10. Tanquam cæci, ut videntes viventisque se perditum eant. (Synopsis.)

locum Paulus quoque Apostolus citat dicens : Compræhendam sapientes in astutiâ eorum, 4 Cor. 3, 19. Mira quidem in cogitationibus malignorum dissipandis relictæ Dei providentiæ, sed longe tunc mirabilior apparet, quando astutissimâ ipsorum consilia per illa ipsa, quibus vel maximè stabilientiâ firmantur videbantur, evertit, et in auctorum capita perniciemque retorquet, ut pulchre ad hunc locum D. Gregorius lib. 6 Moralium cap. 12, de his perverorum consiliorum architectis agens ostendit : « Inde, inquit, voluntatem Dei peragunt, unde hanc immutare contendunt. Omnipotentis Dei consilio, dum resistere nituntur, obsequuntur. Dei consilii humana facta etiam tunc congruè servant cum resistunt ; » hoc ipsum deinde plurimis Scripturæ testimoniis confirmat, et inter cætera illustrat exemplo Josephi, quem fratres vendiderunt, ne adorarent, sed Deo saviente ac fortiter sic omnia dirigitur, quia vendiderunt adorant. Uade D. Chrysostomus hom. 61 in Genesim divinam hanc providentiam in his fratrum consiliis ab illorum ad suum scopum detrahendis, vel potius suavissimè dirigendis, ostendens ; « Consultant, inquit, et attentant, et suam declinant calamitatem, at sapiens et omnipotens Deus insidiatorem ministrare etiam invitò facit dispensationi futurorum. » Et D. Gregorius paulò antè citatus : Divino, inquit, iudicio quod declinare coacti sunt retinendo servaverunt. » Et paulò post : « Sic divinum consilium, dum devitatur, impletur ; sic humana sapientia, dum reluctatur, comprehenditur. Timebant ne Joseph super eos exeresceret, sed hoc quod divinitus dispositum fuerat cavendo factum est et evenit. Unde humana sapientia voluntati Dei per intentiorem resistit, inde ejus impletioni militavit. »

Sic etiam Pharaõ Moysen, dum perdere voluit, illustriorem reddidit ; nam, ut bene S. Chrysostomus hom. 54, in Acta : « Jussit, inquit, Pharaõ in flumen proijci pueros. Nisi proijcti fuissent pueri, non fuisset servatus Moyses, non in aula educatus fuisset ; quando servabatur, non erat in honore ; quando expositus fuit, tunc factus est in honore ; hanc eruentium Pharaonis de perdendo Moysè consilium non modò incolumem servavit Moysen, sed insuper ad summam proxit dignitatem, et in auctoritatè sui tantique sceleris architectæ ruinam et interitum conversum fuit ; dum is, qui Moysen adhuc puerum in flumen proijci et submergi jusserrat, ab eodem à se servato et educato unà cum exercitu in mari Rubro submersus perit. Verè dixit Sapiens, Prov. 21, 50 : Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum, qui apprehendit sapientes in astutiâ eorum, et consilium pravorum dissipat. »

locum D. Gregorius lib. 6. Moralium cap. 16. pulchre docet his verbis: «Quia mens eorum dum de eorum melioratione affligitur, de radio lucis obscuratur; quia sæpe in proximis dum bona aperta considerant, si qua mala latent investigant; et sollicitis inquisitionibus laborant, si quid forte quod accusare possint inveniunt.» Reliquorum nempe vitiorum genera multa quidem mala et difficultates secum adferunt; at invidia de ipsa felicitate laborem trahit. Proprium hoc est invidiorum ingenium, ut dum proximi miseris urgentur, ipsi sibi felices videantur; dum verò proximis felicitas aliqua vel sors lætorum affligeret, ipsi quidem exei effluantur, et aliena claritas ipsis tenebras offundat.

VERB. 15. — PORRO SALVEM FACIET EGEGUM A GLADIO ORIS EORUM, ET DE MANU VIOLENTI PAUPEREM (1). Postquam Deitram in consiliis impiorum dissipandis providentiam, nec non formidandam in eorumdem executione iustitiam precedentibus versiculis inculcasset; iam benignissimi Numinis erga egenos atque omni humano auxilio desitutos curam ac patrocinium commendat, et vaticinandum prædicit inopem et humilem, in solius Dei ope sperantem, à calumniis et criminationibus iniuorum (qui lingua veluti gladio ad necem insonatis utuntur) et à violenti tyrannorum crudelitate tandem aliquando liberandum. De hæc Dei erga pauperem et egenos providentiâ et amore prorsus singulari multa in divinis Literis extant testimonia; et cum omnes quidem justos complectatur, peculiari tamen ratione ac modo pauperum et egenorum veluti bonus quidam et amabilis tutor ac patronus esse videtur. Ut quod regius Propheta sagaci mente expendens, Tibi, inquit, derelictus est pauper, Psal. 9, 36. Afflicti nempe et desertus ab omnibus pro beatissimo refugio habet Deum, cui relictus est; quia illius curæ tum maxime committitur, cum neminem habet alium qui curet. Tunc scilicet libentissimus Deus occurrit ut soletur, ut opituletur, et dulcissimi affectus sui vim et charitatem exprimat. In Hebræo est verbum ex verbo: Super te deseret se pauper. Deo enim nixus, et magno illius patrocinio fruens, nihil est quod de se curet; qui tantum bonum et providum curatorem habet, se totum illius fidei amorique potest committere. S. Hieronymus vertit: Tibi derelinquetur fortis tuus; quasi idem sit pauper et fortis, ex se quidem imbecillis et abjectus,

(1) Optime Hieronymus: A gladio oris eorum, nam particula ׀ׁ sæpe genitivum format, ut infra, G. 25, Proverb. 26, 7, פֶּסַח, cura claudi. Os. 8, 45, Nah. 2, 10. Conf. Storrii observat. p. 254. Not. in codd. quibusdam et Kennicotti et de Rossii scriptum est כָּרַב פֶּה, quod miror à de Rossio præfieri vulgari lectioni, paulo quidem difficiliore, sed hoc ipso nomine præferenda. Gladio oris significantur calumnie et verba quæcumque in bonorum aut capitis periculum inducunt. Sic Proverb. 28, 13. malevolorum lingua dicitur, et Ps. 57, 5. דָּוִד דָּבַר גְּלָדִים אֲכָוִים, vocatur. Supercæcæ igitur L. Cappelli conjectura (Crit. S. p. 950, ed. Vogel-Scharfenberg.) pro ׀ׁ legendum esse כָּרַבִּים desolatam (ut sit synonymum vocis ׀ׁ), partici- pium hophal ab ׀ׁ desolare, destruere. Conf. Anti-Crit. p. 881. (Rosenmüller.)

sed ex Dei præsidio incredibiliter robustus, omnique ex parte munitus.

Hæc animadvertendum, quod cum ab impis plurima in viros pios tela intenta sint, non vincula, non carceres, non ergastula, non gladios, non virgas, non crucces et alia exquisita tormentorum genera commoret, sed linguam tantum, quam oris gladium eleganter appellat; quæ item phrasi Psalmista usus, de Judæis Christi occisoribus agens: Lingua, inquit Psal. 56, 5, eorum gladius acutus. Quem locum D. Augustinus etiam de Judæis Christum lingue gladio ferientibus eleganter exponens. «Noli, inquit, attendere inermes manus, sed os armatum: inde gladius processit quo Christus occideretur.» Et post pauca: «Quando ergo percuterunt, nisi quando clamaverunt: Crucifige, crucifige?» Ex quo aliisque sacrosanctæ scripturæ Oraculis facile intelligitur, à nullâ re magis viros sanctos quam à petulantibus et dolosâ linguâ vexari. Illa nimirum gladios, tela et nefarios pugiones suppeditat, quibus frater cum fratre et amicus inter se configit, sequæ bonis et vitâ spoliatur. Illa communem urbem pacem intervertit, adigit multos ad læquum, qui probris odioque indigno vexantur. Illa honorem plurimum detrahit, et principum virorum gratiam eripuit, ac subitâ calamitate multos oppressit. Illa cursum studiorum optimorum præstantesque piorum hominum conatus repressit, et malitiosè retardavit, quibus Dei gloria et religionis bonum amplificari potuissent. Quot ea lites procreavit? que dissidia familiarium? que divortia conjugum? Ubi lingua pestilens est malo demoni auctorata, subito exultat pax, fides, concordia; succedunt in eorum locum suspicio, perfidia et dolosæ machinationes, quibus innocenta illudunt, et ad penam rapiunt. Non enim male lingue simplex atque unicum vitium est, sed ex plurium aggregatione vitiorum ut chimæra quædam infamis horrescit. Nunquam aspis sola procedit (ut naturæ interpretes animadvertunt) verum semper duæ tresve atque etiam plures inveniuntur. Sic ubi lingua vitium se prodit, videtur subito ut turbam viperarum invidiam, odium, inhumanitatem, effrenatam iracundiam, legum divinarum contemptum, victicem in calumniando malitiam, acerbitatem quandam animi jus omne fasque protegentis, adeo ut homines velut circeo poculo in naturam et conditionem belluarum migrasse videantur; quin imò S. Chrysostomus etiam feris immaniores peioresque esse contendit in Psal. 15, 1. scribens: «Fera, inquit, cum carnem humanam gustaverit mox cessant, propter insectum nutrimentum erubescunt; improbi autem et invidi perpetuo fidelem et maledictis excedentes non satiantur.» Ubi etiam devoratores leones appellat, et ex mente Regi Vatis in classe inuorum reponit, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam, etc., Psal. 15, 4. Alii vertunt ex Hebræo, qui depredantur; ut nocturni veluti lupi esse videantur, qui avidis faucibus et ore toto in prædam inhient involentque. Eandem ob causam maledicticæ crimen cum aspidum veneno comparat: Accverunt linguas suas sicut serpentes; venenum aspidum

sub labris eorum. Psal. 159, 4. Rei certè opportunissima imago. Nam venenum aspidum mortiferum est, et ut physici alunt, immedicabile, seu, ut Moyses in Deuteronomio, 52, 55. loquitur, insanabile. Haud minus mortiferum est lingue virus, quam non abs re pius Vates acui dicit ut serpenti. In quo S. Bernardus tractatus de Triplici custodia mysterium agnoscit; vidit enim dici à Plinio lib. 41, cap. 57, linguam esse tenuissimam serpentibus et trisuleam, nominari autem trisuleum seu triduum telum, quod triplici cuspidate ferit, idque ipsum bellissimè in linguam et aptissimè convenire. Linguam igitur detractoris ait esse viperam venenatam, quæ cum virus evomit detractionis, at triplici cuspidate et trisulea tres lethaliter inficit flatu uno: quippe absentis famam, auscultantis conscientiam, detrahentis animam gratiæ vitâ spoliata crudelis interimit.

Quid de mordaci et calumniôsâ linguâ dicam? Sunt enim aliqui tam impotentis et effrenatæ linguæ, ut non modò non absentibus parant, sed, quod impudentis audaciæ est, ne presentibus quidem, quos sævo dente lacerant; eorum linguam intemperantem et maledicendi consuetudinem Propheta regius in hunc modum expressit. Psal. 56, 5: Dentes eorum arma et sagittæ: apud Symmachum est δόξα, lanceæ. Unde S. Hieronymus ita vertit: Dentes eorum lanceæ et sagittæ. Divino planè iudicio gladio virus se succrescat, quando Deus insonat à calumniis et inermem ab armatis insectoribus illatum custodit: tunc enim dejectus erigitur, et prostratus vires amissas resumit, ac semetipso fortior evadens, validè in posterum discit dimicare totaque in Deo adiutore suo fiduciam collocare; qui solus, ut idem Vates canit, Psal. 9, 10, factus est refugium pauperi, vel, ut alius apud S. Chrysostomum vertit τὸ ἐκτρέφει, attrito, alius τὸ ἰθακτοῦ, confacto. S. Hieronymus legit, elevatio oppresso. Ad Deum quippe tanquam ad ἀπόφυλον et arcem tutissimam modo tenui spes reliqua ei qui ope omni et spe humana destitutus est. יְהוָה וְיִרְאוּהוּ. Et perversitas contrahit, i. e., occludit os suum, versutiarum istarum insidiosa eloquentia obtutescit, confusi et frustrati spe sua tacent, quim præ opinionem suam vident eptos eos quos palabant à se oppressum iri. Hæc ipsa verba extant Ps. 107, 42, nisi quod pro יְהוָה illic, sine he paragono, עֵלֵינוּ scriptum est, femininum, ut A. Schulstern monet, «Seghalla יְהוָה, quod et לֵנו scribi potuit ex eadem lege, quæ omnia nomina formæ יְהוָה in origine fuerit יְהוָה, unde in plurali יְהוָה existit. Eodem ergo iure לֵנו positum, quod יְהוָה. Conf. Storrii Obs. p. 62. (Rosenmüller.)

Iniquitas, pro vir iniquitatis; sic dolus pro doloso, ignavia pro ignavo scelus pro scelato. Nota hæc יְהוָה novè dictum pro יְהוָה, non enim est à יְהוָה holocausto, sed à יְהוָה iniquitas, val radicali. Et יְהוָה dicitur ut יְהוָה יְהוָה, sine he paragono, עֵלֵינוּ scriptum, Ps. 65, 8, et 94, 17, in quibus est quedam auxesis per duplex signum generis fem. q. d.: Multiplex salus, auxilium, perversitas. Esque in his semper accentus in penult; itaque in plerisque exempl. CONTRAHIT OS SUUM penult est מִלְּהָא, et Mappia Hæb. CONTRAHIT OS SUUM כִּשְׁבַע פֶּה. Digno compositi habellim; q. d. Iniqui coguntur tacere confusi. יְהוָה פֶּה כִּשְׁבַע כִּשְׁבַע, stringere, in piel cant. 2, 8, est saltare, quia qui saltant sese comprimunt, et contrahunt, ut colligant vires et spiritus. Obtutescit præ stupore, adeo presentibus Dei iudicis prececlitur. (Synops.)

Ac si aptè dicatur: Sic in se Deus

sinam, ad quam vis iniquorum evadere non possit, sese recipiunt pauperes in eum sperantes, atque illi tutelam suam deferunt. Refugi enim nomine intelligi solet locus edius ac munus, in quem tempore necessitatis et periculi, ut ab hostium incursum tui simus, nos recipimus.

Triplex autem titulo Deus refugium nostrum dicitur: Primò, quia in omnibus afflictionibus animi et corporis, in omnibus tentationibus et periculis, in omnibus angustiis et necessitatibus, quando aliunde subsidium et opem non speramus, apertum semper et certum per orationem in ipso refugium habemus, qui cum firmâ spe et fiducia se coniungentes nunquam repellit, sed semper exaudit, præstando id quod ab ipso petimus, vel certè aliquid longè præstantius nobisque utilius.

Secundò, quia ubi omnes aliæ creaturæ nos deserunt, vel opem ferre non possunt, ipse solus nunquam deserit, sed semper et intra nos, et extra nos, et circum nos undique et ex omni parte adest nobis, paratus iuvare, consolari et salvare. Unde meritò cum Psalmista dicere possumus, Psal. 45, 2: *Deus refugium nostrum et virtus, adiutor in tribulationibus, etc.*

Tertiò, quia est singulare refugium omnium iustorum, qui huius seculi pertasi, ejusque fallaciam, malignitatem et ærumnas fugientes, ad Deum tanquam ad fontem vitæ et honorum omnium abyssum (in qua solâ perfectam quietem obtinebunt) toto desiderio suspirant: ipse enim est ultimus finis et extremus desideriorum omnium terminus, ad quem omnes toto mentis impetu confugere debent, ut beatissimam quietem assequantur. Eandem ob causam ipse etiam spes nostra dicitur: tum quia ipse est summum bonum, quod supra omnia et præ omnibus bonis desideramus et speramus, ad quod cor nostrum et tota spes nostra ultimo anhelat; tum quia ipse est, per cuius infinitam benignitatem, sapientiam et potentiam speramus, sive de mediis, sive de ultimo fine agatur. Nam præter illum nemo ista nobis præstare potest. Itaque ipse est spes nostra, et tanquam summum bonum quod speramus et tanquam auctor et adiutor, cuius ope speramus illud obtinere. Peculiariter autem Christus ab Apostolo dicitur spes nostra ratione meritorum, per quæ confidimus nos omnia ad salutem necessaria et ipsam salutem obtenturos; sine quibus nulla spes salutis superest.

VERS. 17.—BEATVS HOMO (1) QUI CORRIPITUR A DEO: INCRIPATIONEM ERGO DOMINI NE REPROBES. Felix pro-

(1) Heb.: *Ecce beatitudines illius hominis quante et quam multe sunt. Ecce bene, hoc nota: al. profecto, ut certitudinem confirmet. Qui CORRIPITUR, יְדַבֵּר. Quem arguit, vel increpaverit; delicti דְּעֵין בְּעָוֹן; hoc enim amoris signum. Vide Prov. 5, 11, 12, Heb. 12, 6, Apoc. 3, 9; simile Jac. 1, 12. Sed ibi magis de adversis per quæ p̄ explorantur, hic de his per quæ pravi corriguntur, sermo est. INCRIPATIONEM, יְדַבֵּר. Et (i. e. itaque), disciplinam, nempe יְדַבֵּר, quæ quæ admonet ad vitandum malum, et faciendum officium. Est enim alia afflictio, quæ vindicta, seu pœna, ut Isa. 53, 5. DOMINI, יְיָ, omnipotentis. Pœnus est in voce; q. d.: Ne sperne clementiam ejus,*

fecit ille qui ita corripitur à Deo ut corrigatur atque emendetur. Cavendum propterea ne increpationem nos Dominum protervè repellamus: amat enim quem flagellis castigat, urit tentationibus, alligat morbis et variis tribulationibus punit. Quis nescit patrem amore affici filium quando illum corrigit, et pro excessibus admissis castigat? præsertim cum scriptum sit, Heb. 12, 6: *Quem diligit Dominus castigat; flagellat autem omnem filium quem recipit.* Benefactor est dñm punit. Punitio et castigatio beneficium. Quis benefactori gratias non agit? Probè S. Nilus in Parenesi: «In omnibus, quando à Deo corripis, «ne murmura: castigat enim ut pater, ideòque ut «benefactor dignus est ut gratiarum actione celebretur.» Non celebrat profectò benefactorem, nec ei gratus est qui murmurat, qui conqueritur et sub tribulationis flagello verba impatientia plena evomit. Quòd si flagellum, pœnæ et calamitates graves videntur et magnæ, gratias age, et leviores fient, easque vix senties, aut ne vix quidem; quemadmodum idem S. Nilus in Parenesi dicit pulchrè docet his verbis: *In tribulationibus gratias age, et Jugum afflictionum leve erit.* Undenam putandum est ignem, ferrum, sartagine et cujusvis generis tormenta per se gravissima, et plane formidanda, sanctis martyribus tan levia et accepta accidisse, nisi à Dei gratiâ et superiâ virtute, quæ roborati fuere, ac simul à gratiarum actione, quam in mediis etiam cruciatibus, Deo offerebant? Legimus primævo olim Christianos ita sanguinem pro Christo effundere optavisse, ut ad supplicia damnati gratias agerent, et ad tormenta non minus alacres quam ad convivium properarent, et exultarent. Meminit hujus rei Tertullianus in Apologetico cap. 1: «Si denotatur, inquit, gloriatur; si accusatur, non defendit; interrogatus, vel ultrò «confitetur; damnatus gratias agit.» Hoc præstitit S. Lucius martyr apud Eusebium lib. 4 Hist. cap. 17; nam cum esset damnatus ad mortem: «Gratias ago, inquebat, quòd me nequissimis dominis absolutum ad summum cœli terræque Regem remisit.» Aurea sanè vox et Christiano pectore digna; quam utinam audiant qui vel leviter puniti statim erumpunt in querelas. In tribulationibus enim et molestiis etiam agende sunt Deo gratiæ; quia dñm nos is premit, se nostri memorem esse ostendit. Fertur olim apud nonnullas gentes hunc morem viguisse, ut qui à Rege juberetur cædi ac flagellari gratias Regi ageret, quia memor ejus Rex esset. Is præcipit fuit Persarum mos, cuius meminit Nicolaus de Moribus Gentium apud Stobæum, de legibus Serm. 44, sic scribens: «Persis quod facere illicitum id ne «dicunt quidem: si quis patrem interfecerit, spuriū aut substitutum esse putant, non verum Per-

in quo vivis, qui te nro momento potest comminere.

Ne æreones, מַעֲרֵבֵי פֶן נֶאֱרָעֵרִים, ne speramus, tanquam deterius tranquillitate; sed pro beneficio et clementiâ excipimus. Est enim אֲרָעָרִים, q. d.: Magni æreones; vel, ne respicias, quasi cum natus; hoc autem fit impatiencia ob quam Jobum hic perstrinxit.

(Synopsis.)

«sam. Regi gratias agit, qui flagellari ab eo jussus «fuerit, tanquam feliciter secum actum sit, quòd «Rex memor ipsius fuerit.» Sic ille. Non pudeat Ethnicos imitari, et probum ritum reddere sanctionem; quod facies, si non à Rege terreno, sed à cœlesti, qui Rex regum est, jussus flagellari, jussus cædi, jussus torqueri, uti secarique gratias ei agas; quia memor est tui dñm te flagellat. Præstiterunt id Gentiles à terreno Rege percussi; non præstabit Christianus, dñm cœlestis Regis jussu cæditur et flagellatur? Hoc scilicet manifesta probi viri nota est in adversitatum fluctibus Deo gratias agere. Hoc solidæ virtutis argumentum est, si non tantum in prosperis, sed etiam in tribulationibus gratum Deo animum exhibeamus. Quidni? Medicus nimirum Deus est dñm flagellat, chirurgus est dñm urit et secat. Opportuna vulnerum medicina tribulatio est. Gratus sit cœlesti medico qui ab eo curatur. Aliam enim ille mercedem à nobis non querit quam gratiarum actionem. Nimis sordidus est, imò indignus sanitate, qui hæc negat.

VERS. 18.—QUIA IPSE VULNERAT, ET MEDETUR: PERCUTIT, ET MANUS EJUS SANABUNT (1). In Hebræo est: *Ipse vulnerans medetur*; ut plage Dei dici possint, plage vitales, non mortales. Optimus nempe medicus est Deus peritissimusque Chirurgus; unde non mirum si ferro tribulationis utitur, si ærumnarum ignem adhibet, si adversitatis et pressurarum acrimoniam in salubris medicinæ potum temperat, ut nostra vulnera curet, nostra peccata sanet, morbis animæ et languoribus opportuno occurrat remedio. Jure Propetius Deum, dñm plagas incutit, salutis nostræ artificem appellat. Sic enim scribit in cap. 9 Isaie: «Tam est nostræ salutis peritus artifex Deus, ut vel «plagas incutiens medetur, utrique nos ad pietatem «provocans.» Proh quam pius, quam peritus hic medietus, qui plagis plagas curat! Cùm igitur vides Deum vulnera nostra devalere, et tribulationibus bonorumque spoliatione quodammodo explicare et exquirere, signum est illum cogitare curationem, et tanquam medicum et chirurgum sanare plagas velle; quemadmodum apud Oseam significat dicens 7, 1: *Cum sanare vellem Israel, tibi Chaldaeus legit: Cum exquirere peccata Israel.* Nempè sanare vult cùm explicat vulnus et discooperit, et adversitatibus ac flagelli exquirat. Omnia signum peritus medicus in medelam dirigit, Deum agere medicum dñm flagellat testatur S. Antiochus hom. 117, his verbis: «Dominus «animarum nostrarum procurator providentissimus, «nostrorum omnium usi consulens tribulationes in- «fligit, et acrimoniam asperitatemque urentis cauterii

(1) רַבִּיבֵשׁ Et alligabit, seu obligat, nempe vulnus fasciis, more boni chirurgi. Deum assimilat parenti, qui filium castigatum sanari curat, vel potius chirurgo qui non tantum vulnera curat, sed etiam sæpè vulnerando et secando curat, q. d.: Dolorem statim mitigat; nec tentat, quin ferre juret, et cædi exitum. ET MANUS EJUS SANABUNT מַעֲרֵבֵי פֶן נֶאֱרָעֵרִים. Proinde Deus te sanabit, si, submisso animo, te et commiseris.

(Synopsis.)

«adversus coalescentem morbum admoveat, integer ut «sit homo et incolomis.» Cauterium hoc admittant, qui cauteriatam habent conscientiam, ut anima sanetur, corpus alligatur. Nam, ut præclare S. Gregorius lib. 26 Moralium cap. 15: «Internus medicus abscondit virus putredinis ferro tribulationis.» Hoc ferrum æquo animo ferat, qui languentis animæ virtus curatum capit. Eleganter S. Bernardus Tractatu de Gradibus humilitatis: «Sicut medicus, inquit, non «solum unguento, sed igne utitur et ferro, quo omne «quod in vulnere sanando superfluum excreverit secat, «urat; sic medicus animarum Deus hujusmodi animæ «procurat tentationes, immitit tribulationes, quibus «afflicta et humiliata gaudium vertat in iuctum.» Felices qui saluti ferri cœlestis hujus medici ferrum æquo et hilari animo admiserit! Intra enim per ista vulnera salus, et perfecta sanitas per istiusmodi pressurarum incisiones recuperatur. Quid igitur tribulationem fugis, et adversitatis nomen exhorres? cogita medicinam esse, et puenientem Deum optimi medici obire manus, atque omnia adversa non solum fortis, sed æquo etiam animo ferere. Audi S. Augustinum in Psal. 21, his verbis monentem: «Intellige, homo, «medicum esse Deum, et tribulationem medicamen- «tum esse ad salutem, non pœnam ad damnationem.» Noli adeò desperare ut morbo corruptus salubre medicamentum rejicias, quod ab illius medici manu est, qui in porrigenis morborum remediis filium non potest.

Omnium autem pulcherrimè ad Eliphaz mentem hoc monet et exemplis illustrat S. Hieronymus tom. 9 in Epistola ad amicum ægrotum ita scribens: «Qui «curandus est non dicit medico quæ lege curetur; «nec miles eligit quòd mittatur; nec servus quo ver- «bere castigetur. Quod enim ex majoris pendet arbitrio non est in potestate subiecti. Ergo qui supernâ «regimur potestate, et inter mundi miserias multior- «mes corrigendi versamur, nec nostrum est de potest- «tate Domini aut plagas elere, aut talia certamina, «quæ ferendo vincimus; sicut nec servorum est eligere de dominis genera flagellorum. Potestatis est «emendare, conditionis est subiacere. Regis est onus «imponere, et militis sustinere. Quippe cùm et ab ipso Rege nil geratur injustum, tum suis legionibus «pro virium qualitate bellicos sudores imponens «fortes mittit ad fortia, inferioribus competentia «jubet, ut nec inferior contra proprias vires certamine «potentioris areatur, aut potentior inferiori certamine «degradatis meritis humilietur; nec inimicus est «medicus, qui ferit ut periculum tollat, et vulnere «vulnus excludat. Nec adversatur paternus affectus, «si liberus doceat amplexibus flagellorum. Paterna enim flagella exercitia sunt innoxia pietatis. Ergo «quantum castigatio corrigentis amoris est causa, cùm «de pietate descendat, amâ medicum percussorem, «cujus plaga mater est medicina. Ego (inquit Domi- «nus) occidam, et vivere faciam; percussitum, et ego «sanabo, Deut. 32, 58. Cùm non desit in homine quod «creetur, ferit ut creet; ut sanat manus medici, quæ «multum ledendo conferunt sanitatem non sine mur-